

4. Dominus noster Jesus Christus, ad protegendam dilectæ Matris dignitatem, Scotum, Ordinis Minorum, Doctorem eximium ad Civitatem illam protinus destinavit, qui adversariorum fundamentis, argumentisque omnibus, invincibili sermone confutatis, ita Conceptionis Domine innocentiam clarissime comprobavit, quod omnes illi Fratres sublimitatem ejus plurimum admirati, obmutescerent, in disputando defecere. Quapropter Opinio Minorum a Parisiensi studio illico approbatur.

Quarto Univerſus Minorum Ordo Seraphicus adeo pro pia ſententia Immaculatae Conceptionis ſtrenue, ac invictè, decertavit, ut ſententia ipſa opinio Minorum fuerit communiter appellata; ſicut eam dicebat Facultas Pariſienſis apud citatum Bernardinum de Buſtis; immo apud cæteros quoſque hoc etiam nomine vulgabatur; quod aſſerunt Abbas Panormitanus cap. conqueſtus, de Fetiis; Joannes Barſone in 3. diſt. 3., & Salazar cap. 42. ſect. 15. Immo Hieronymus Hormachea in librum Cantici Canticorum prolegom. 3. cap. 180. ſcribit: Jure merito Religionem Seraphicam appellare poſſumus vixilleram in hac pia ſententia de Immaculata Conceptione.

Quinto Religioſiſſima Jeſu Societas, pro pia ſententia, deſenſionem quoque invictè animo ſuſcepit jam pridem, & etiamnum totis viribus ſuſtinet. Quod evidentè patet, & ex Sodalitatibus ipſius, in quibus a Sodalibus pro Immaculata Virginis Conceptione votum emittitur; & ex Altaribus quæ in ipſius Eccleſiis in honorem Virginis, abſque labe originalis culpæ conceptæ, Deo conſecrantur; & ex Authoribus ejuſdem, qui pro illibato Virginis conceptu lato, ſubtili, ac erudito, calamo, ſcripſerunt, qui quidem ſunt plurimi, & inter cæteros eminent Thyrfus Gonzales, Societatis Præpoſitus Generalis, & Cardinalis Everardus Nithardus, in ſuis peculiâribus tractatibus, quos hac de re, ſumma cum laude ediderunt.

Sexto Noſter Minorum Ordo, quot habet Alumnos, tot piæ ſententiæ Deſenſores enumerat, & fere, quot erigit Eccleſias, tot ad illam celebrandam, aras inſtituit; Unde merito dicere poſſimus, ſolemne eſſe in Religione noſtra, puritatem Mariæ Conceptionis in primo inſtanti profiteri, defendere, ac adorare. Inter autem cæteros, Eminentiores ſunt, P. Emmanuel Maignanus, P. Ildephonus de Padilla, P. Boucat, noſtris quoque temporibus.

Modo accedimus ad illos enumerandos, qui contra Conceptionem Virginis, impuro ore loquuti ſunt, & tepidiſſimo calamo ſcripſerunt; qui quidem omnes ex Hæreticorum Sectis prodierunt; adeoque omnino ſecernendi ab illis Catholicis, qui ſententiam pro Immaculata Virginis Conceptione piam quidem fatentur, contra illam nec loquuntur, nec ſcribunt, ſed neque pro illa ſe exhibent aſſertores.

Primo igitur Lutherus ſerm. de Nativ. Mariæ hæc effutire, non erubuit: Sumus paræ Matri Dei, & æque ſancti ſicut illa niſi quod non poſſumus eſſe Dei Matres, ſicut illa fuit. Quanvis deinde fædiſſimus impoſtor, parum, & nihil ſibi conſans, in favorem puritatis Mariæ conceptionis late ſcripſerit; ut in probationibus videbimus.

Secundo Jacobus Scenckius ad Evangelium de Chriſti Conceptione aſſerit: Mariam non ſolum corruptam, & vitiatam naturam habuiſſe, ſed etiam in ſuis cogitationibus, verbis, vita, converſatione, damnablem perſonam manſiſſe, mortis, & inferni terroribus obnoxiam, Deique iram, & damnationem æternam in animo ſentientem, ut propterea verbis Angeli ſulcenda fuerit, & confirmanda, ne in ſuis angoribus miſera deſperaret.

Tertio Joannes Calvinus in Harmonia Evangelica ad cap. 1. Lucae verſ. 34. ſcribit: Non magnopere laborandum eſt, ut Mariam ab omni purgemus vitio; quibus verbis tacitus innuit, & Mariam originali labe fuiſſe maculatam, & ſupervacaneam eſſe operam noſtram, ut eam immunem a contagione illa fuiſſe, defendamus.

Quarto, Guilhelmus Rodingus, orat. contra Scholaſteſuitarum, ita Dei param Loquentem inducit: Ego in peccatis concepta, immunda nata ſum. Oraculum quidem, quod neque Tartara evomuerunt, ſed Rodingi tantum impietas finxit, & publicare, non eſt veritus.

Superest modo, ut de Doctõribus illis, qui poſterioribus temporibus floruerunt, & de quorum mente, circa Virginis Conceptionem in primo inſtanti, non conveniunt Scriptores, aliqua obſervemus. Et quidem nolumus partium Studiis implicari, ſed rem, ea ſinceritate pertractare, profiteamur, ut monumenta ipſa præſentent, quæ in medium adducimus, & legentibus conſideranda, exhibemus.

Primo ſe offert S. Bernardus, de cujus mente ille eſt inter Eruditos, atque Theologos. Nos volumus, illum pro pia ſententia ſteſiſſe;